

ΗΔΥΣ · ΘΡΑΙΚΙΔΗΣ

Nunc cum maxime ferveant archaeologorum studia in reli-
quiis toreutices Graecae conligendis et examinandis, nolui diutius

¹ Die Scheidung der Personen in der so verdienstlichen prosopo-
graphia imperii Rom. II p. 216 ('diversus sed fortasse huius affinis')
scheint mir lediglich durch den Irrthum im Namen dort und p. 198
(Spartiacus statt Spartiaticus) hervorgerufen.

premere observationem Plinii nat. hist. XXXIII 156. affertur in eius editionibus sub finem catalogi caelatorum *Hedystrachides qui proelia armatosque caelavit.* et monstrum nominis suspicionem movet et id quod Posidonii, praecedentis artificis, aliorumque patriae indicantur. sed Bambergensis duo vocabula *hedys trachides* habet, *iedisthracides* Riccardianus et Vossianus. sunt igitur non, ut Furtwaenglerus putat (nov. annal. philol. XXV [1876] p. 508), duorum virorum nomina, sed caelatoris *Hedys* et gentis Delphicae *Thracides* (Diodorus Siculus XVI 24). *i* littera in libris RV praeposita ex spiritu aspero etiam in codicibus Latinis frequenter usurpato facilem habet explicationem.

Regimontii Prussorum.

Otto Rossbach.
